



LIBER DE COM-  
POSITIONE ALCHEMIÆ,  
QVEM EDIDIT MORIENVS RO-  
manus, Calid Regi Aegyptiorum:  
quem Robertus Castrensis de  
Arabico in Latinum  
transtulit.

PRÆFATIO CASTRENSIS.

**H**EGIMVS in historijs ve-  
terum diuinorum, tres fu-  
isse Philosophos, quorum  
unusquisque Hermes vo-  
cabatur. Primus autem il-  
lorum fuit Enoch, qui alio  
nomine Hermes, & alio nomine Mercurius.  
Secundus verò fuit Noe, qui similiter alio no-  
mine Hermes, & alio nomine Mercurius est  
nuncupatus. Eorum autem tertius, fuit Her-  
mes, qui post diluuium in Aegypto regnavit,  
& eius regnum diu obtinuit. Iste autem à no-  
stris antecessoribus dictus est Triplex, propter